

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Richardi Arsdekin Soc. Jesu Sac. Theol. Professoris Theologia Tripartita Universa

Complectens nunc Bibliothecam perfectam Viri Ecclesiastici, ordine
sequenti

Controversiae Heterodoxae Ac Scholasticae - Cum speciali Notitia rerum
Modernarum, & Chronologia totius Monarchiae Sacrae, & Saecularis,
Pontificum, Conciliorum &c. Haeresum omnium, ac Propositionum
damnatarum Mundi Sex Aetatum ...

Archdekin, Richard

Dilingae, 1687

§. 3. Exponitur series & gesta omnium Conciliorum generalium quæ pro
legitimis, aut illegitimis haberi debent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38447

§. III.

Exponitur series & gesta Conciliorum Generalium, que pro Legitimis, aut Illegitimis haberi debent.

Amplioris scientiae causâ , peculiari studio hic in compendium contrahemus Seriem Conciliorum Generalium qua haec tenus in Ecclesia celebrata sunt, prout recentissima reperiuntur, cum notitia rerum in iis præcipue gestarum; ubi & Concilia probata ab improbatis, ac legitima ab illegitimis , cum varia in iis observatione , secernemus. Mirkum enim in modum haec notitia conduct ad distinctionem temporum quibus singulae celebrata sunt , ad variorum dogmatum decisionem , ad peritiam Ecclesiastice historiae, ad resolutiones Controversiarum plurimarum, que ab accurata horum observatione dependent.

Quamquam in notando ordine , praesertim annorum, non contendimus omnia ad amissum sibi constare , cum in multis necesse sit sequi Chronologos, qui in signando tempore ac numero non raro discrepant.

Concilia generalia que haec tenus legitima fuerunt octo- decim numerantur.

Primum est Concilium Nicænum , cui interfuerunt 318. Patres, inchoatum anno 321. & absolutum anno 323. ut cum communiori tradid Bellarminus, vel ut placet Baronio ac Binnio, anno 325. & cœptum, & ab solutum. Præsides hujus Concilii fuerunt Pontificis Legati Osius Episcopus, Vitus & Vincentius, Presbyteri , quorum proinde nomina ante omnes extant Concilio subscripta. Convocatum fuit Concilium Nicænum à S. Sylvester Papa , & Constantino Imperatore , qui Concilium ingressus non nisi annuentibus Episcopis federe voluit , dein habitâ ad eos oratione latina , professus est non esse deinceps suum , sed Episcoporum judicare , ac proinde post omnes Episcopos subscriptis ut referat Basilius Imperator sub fidem Synodi 8. Actione 20. Coactum fuit hoc Concilium præcipue contra Arium, qui Christi divinitatem negabat , quæ in Concilio definita est , & alia circa diem paschatis controversia. Decreta hujus Concilii Roman perla collectis Italie Episcopis à S. Sylvester approbata fuere. De numero Sessionum hujus Concilii non liquet, cum non omnia ejus acta , sed tantum viginti Canones supersint.

Secundum generale Concilium numerari solet Constantinopolitanum primum, quamvis alii Sardense præponant; Inchoatum fuit anno 383. ut tradit Bellarminus, vel biennio citius, ut placer Baronio. Non præsedid in hoc Concilio Damasus Pontifex per se, aut per suos Legatos. Sed ab eodem confirmatum fuit in his quæ fidem Catholicam concernunt, teste Photio in lib. de 7. Synodis. Septem tantum hujus Concilii Canones, nulla vero Acta à Binnio adferuntur. Intefuerunt Episcopi Catholici 150. ac præterea 36. Macedoniani five Semi-Ariani, ut ex Socrate referat Baronius. Convocatum fuit à Theodosio seniore Imperatore ex mandato Damasi Pontificis, ut patet ex Epistola Concilii ad Damasum apud Theodoretum lib. 5. hist. Eccles. cap. 9. apud Bellarminus & Baronium. Causa hujus Synodi convocanda præcipua fuit, 1. ut fidem Concilii Nicæni con-

firmaret, 2. ut Gregorium Nazianzenum Constantinopoli Episcopum stabiliret : sed sumavit insuper Spiritus Sancti divinitatem contra Macedonium, qui eo tempore illam negabat.

Tertium est Concilium Ephesinum primum, in quo numerati Episcopi plusquam ducenti. Convocatum fuit anno 430. ut vult Baronius, vel 434. ut tradit Bellarminus: idque auctoritate Cœlestini Pape , cuius vice præsedit Cyrilus Alexandrinus aliquique Legati, & opera Theodosii Imperatoris Junioris, qui Candidianum Comitem misit ad Synodi defensionem, ea conditione ut non immiceret le negotiis fidei, & Ecclesiasticis, conditionem tamen non servavit Candidianus. Damnatus est à Synodo Nestorius, quem Pontifex non voluerat de novo subjici examini, sed damnari juxta sententiam à se anno præcedenti latam in Concilio Romano, Confirmata fuit , inquit Binnius, ut constat ex Epistola Cælebni II. ad Synodum scriptra, & ex actis Concilii in causa Nestorii Romæ habiti, utroque etiam ob eandem causam hæresiarcha damnatus fuit.

Quartum est Chalcedonense , 630. Episcoporum contra hæresim Dioclori, & Eutychetis Archimandrita, qui unam tantum in Christo naturam asserebat, celebratum in suburbis Chalcedonibus in templo S. Euphemia anno 451. juxta Baronium aliosque. Confirmavit Synodus id petentem, gestaque ejus, in sola tamem causa fidei, approbavit Leo, ut patet ex ejus Epistola ad Synodum 59.

Quintum autem generale & legitimum Concilium (ut patet ex Niceno Secundo Actione prima) fuit Constantinopolitanum Secundum, contra Origenem & tria Capitula, 255. Episcoporum, inchoatum est anno 533. ut Bellarminus, Baronius, aliisque Kalendis Maji, finitus quarto Non. Junii ejusdem anni, habitis collationibus octo. Convocatum fuit à Justiniano Imperatore consensu quidem Vigili Pape, sed non oblervatis à Vigilio præscriptis , cui, contra voluntatem suam convenienti, nec per se, nec per Legatos præsedid, morbum allegans, et si in eadem civitate esset: sed præsedid non Imperator, non Mennas, sed Mennæ successor Eutyches Patriarcha Constantinopolitanus. Quod Synodus probare nollet in exiliu missus Vigilius, inter tamen redux post medium annum eam probavit Epistola ad Eutychium, quæ antehac ignota, opera Petri de Martha ex Regia Parisiensi bibliotheca defumpta, extat modò in 12. Tom. Conciliorum impressionis Parisiensis pag. 262.

Sextum est Constantinopolitanum tertium, contra Monothelitas , Episcoporum 289. Celebratum in Secretario quod vocatur Trullis anno 680. Inchoata est prima actio die 17. Novembri: ultima autem & 18. die 17. Septembri anni sequentis. Convocatum fuit Concilium consensu Agathonis Papæ ab Imperatore Constantino Pogonato, qui omnibus ferè actionibus interfuit quidc, & eminentiori loco præsedid, sed non ut Judex, verum ut propugnator. Revera enim præsederunt Pontificis Legati Petrus & Georgius Presbyteri, & Joannes Diaconus, qui ubique loquuntur primi, subscripti primi, Imperator autem sententiam non tulit, & ultimò subscripti. Acta ibi sunt omnia ex præscripto Agathonis. Confirmationem ab eo petuit Synodus: obtinuisse dicitur communiter à Leone Secundo, sed Epistola Leonis confirmatoria quæ circumfertur Spuria videtur Baronio, Binnio, alisque.

R.P. Ardek. Tom. I.

G

Septi-

Septimum est Nycænum Secundum, contra Iconomachos, Episcoporum 350. Actio ejus prima habita anno 787. octavo Kal. Octob. 7. & ultima 3. idus Octob. Convocarunt illud Imperatores Constantinus & Irene ejus mater consensu Adriani I. Papæ, cuius Legati Petrus Archipresbyter, & Petrus Abbas S. Sabba præfederunt, & nominantur, & subscripti sunt primi. Omnia ibi acta sunt ex prescripto Adriani qui Concilium deinde confirmavit teste Binnio.

Octavum est Constantinopolitanum quartum, in causa Photii per vim intruli in Patriarchatum Constantinopolitanum, Episcoporum 383, vel ut alii 102. Actio prima habita anno 869. 3. Non. Octobris, 10: verò ultima Februarii sequentis. Convocatum est mandante Adriano Papa industrâ Basili Imperatoris, qui interfuit quidem Concilio, sed in fine protestatus est non esse suum, nec ullius Laici Ecclesiasticis negotiis se immiscere. Tandemque post Patriarchas omnes ante Episcopos ita volentes subscripti non definiens, sed Synodum suscipiens, protestansque se post Episcopos debuisse subscribere: primi autem subscripti sunt qui præfederunt Legati Pontificii Donatus & Stephanus Episcopi, ac Marinus Diaconus. Synodus in principio Epistole ad Adrianum quia exstat ad finem actionis decimæ, testatur nil statutum à se esse nisi quod jam ante à Nicolao decreatum, & firmatum ab Adriano Pontificibus, petit Synodum recipi & confirmari, confirmatam autem esse testatur Baronius aliisque cum Binnio, quid in suis notis suis ostendit.

Prædicta Concilia in Oriente, sequentia in Occidente celebrata fuere.

Nonum itaque Concilium fuit Lateranense, 300. & amplius Episcoporum, convocante, præsidente, & confirmante Callisto II. anno 1122. pro pace & concordia inter Ecclesiam & Imperium, nec non pro terra Sancta à Saracenis recuperanda.

Decimum Lateranense secundum, Episcoporum ferè mille, convocante, præsidente, confirmante Innocentio II. Papa, anno 1139. celebratum contra Anacletum & Victorem Antipapas, & Arnaldum de Brixia, ac pro reformatione morum. Hujus & præcedentis acta intercidisse dicuntur.

Undecimum, Lateranense tertium, Episcoporum amplius 300. convocante, præsidente, confirmante Alexandro Papa anno 1179. contra Catharos (quos Waldenses & Albigenses aliqui appellant) & Schismatics ab Antipapis ordinatos, ac pro morum reformatione. Acta ejus comprehenduntur cap. 27. apud Binnium, ubi additur appendix Actorum per partes 50. in alia capita distributa.

Duodecimum Lateranense quartum, Episcoporum ad minus 400. aliorum verò Patrum puta Abbatum, Priorum conventionalium 800. Convocante, præsidente, confirmante Innocentio tertio anno 1215. contra heres Albigensem, ac errores Abbatis Joachim, nec non pro recuperatione terræ Sanctæ, &c. Acta exstant apud Binnium in capitula 70. distincta.

Decimum tertium, Lugdunense primum, Episcoporum 140. convocante, præsidente, confirmante Innocentio quarto anno 1245. causa Friderici Imperatoris deponendi, expeditionesque in terram Sanctam suscipienda. Tertiâ sessione depositus etiam Imperator, & condita decreta quæ refert Binnius.

Decimum quartum, Lugdunense secundum Pa-

trum, ut ait Bellarminus, ferè mille, convocante, præsidente, confirmante Gregorio X. præsente Michaeli Paleologo Græcorum Imperatore anno 1274. contra errores Græcorum, & pro recuperatione terre Sanctæ; ubi facta est unio cum Græcis, maximè opera S. Bonaventure.

Decimum quintum, Viennense in Gallia, Episcoporum 300. & amplius, convocante, præsidente, confirmante Clemente V. anno 1311. contra Fratricelorum, Beguardorum, Beguinorum hæreses, extinctus in eo est Templariorum Ordo. Nec hujus, nec præcedentis acta refert Binnius, plurimæ eorum constitutions existant in jure Canonico.

Secundum est anno 1414. Concil. Constantiense, & Basileense, de quibus infra inter illegitima.

Decimum sextum, Florentinum anno 1438. rogatu Joannis Paleologi Græcorum Imperatoris, qui deinde interfuit, convocatum ab Eugenio IV. qui præsedit: Ferraria inchoatum. Inde habitis sessionibus 16. propter pestem translatum Florentiam, sed non finitum ibi anno 1429. ut plures putarunt, sed continuatum ibidem per tres alias annos, unde Florentiae habita sunt plus quam octo sessiones illæ, quæ præter relatas 16. reperiuntur solum apud Binnium; tum verò translatum Romanum ubi duravit falso usque ad annum 1445. ut patet ex actis Florentinae Synodi, editis in lucem per Horatium Justinianum Oratoriastam, postea Cardinalem. Ita Pallavicinus in actis Synodi Tridentina lib. 6. cap. 11. De numero Patrum qui interfuerint non satis liquet, convocatum autem fuit contra errores Græcorum.

Decimum septimum, Lateranense V. anno 1512. inchoatum sub Julio I. qui quinque primis sessionibus partim per se, partim per suum Legatum præsedit. Sessione autem 6. habita præside Leone X. successore Julii anno 1513. sub quo post habitas alias sex sessiones finitum etiam anno 1517. Concilium confirmavit deinde Leo, habitum autem fuit ad tollendum schisma propagatum per Conciliabulum Pisanum anno 1511.

Decimum octavum, Tridentinum, ceptum anno 1545. sub Paulo III. sub quo octava sessio habita est Tridenti. Martiani. 1547. Inde Bononiæ translatum, ubi celebrata eodem anno sessio 9. & 10. Tum verò sub Julio III. anno 1551. habita item Tridenti sessio 11. 12. 13. 14. & anno 1552. habita sessio 15. & 16. Tum verò sub Pio IV. anno 1561. ibidem sessio 17. 18. 19. 20. 21. 22. anno 1563. sessio 23. 24. & 25. ultima. Non semper idem præsidiere Legati Pontifici tot annorum ipatio. Non semper iidem, aut æque multi interfuerunt Patres. In fine Concilii subscripti Patres 255. Denique à Pio IV. anno 1563. 7. Kal. Februarii confirmatum est hoc Concilium, quod est postremum ecumenicum, contra emergentes Lutheri, aliorumque hæreses, & pro morum reformatione, summo Ecclesiæ bono celebratum.

Concilia septem generalia dicta, sed illegitima.

Constantius Imperator Orientis anno 341. Antiochiam convocavit 90. vel amplius Episcopos ex Oriente, inter quos 36. Arianos, sed Arianos, ut simulabant, abjurantes: finitamque dedicatione ab illis celebratum Concilium illud quod dicitur Antiochenum, præsente Constantio, in quo ab Arianis damnatus est Athanasius, successorque ei statutus, & via patefacta ad everionem Concilii Nicæni primi per 4. subdolas fidei for-

De Conciliis generalibus illegitimis.

51

formulas. Non apparet cur hoc Concilium debat dic generale.

Secundum, Mediolanense plusquam 300. Episcoporum fere Occidentalium, plerique Orientaliū impeditis. Anno scilicet 355. permisit Constantii Imperatoris generalem Synodum Mediolanum convocat. Liberius Papa, coque miserat Luciferum Episcopum Calaritanum, Pancratium Presbyterum, & Hilarium Diaconum legatos. Inchoatum fuit Concilium in templo absente Imperatore, sed Valens & Ursatius Ariani recusantes fidei Nicenae subscibere, populumque veriti, simul cum aliis Ariani, in & reliquis, ex templo auferunt ad Palatium Imperatoris, qui omnes Episcopos per vim coegerit subscibere damnationi Athanasii, cuius causa ut examinaretur indicium fuerat Concilium; & recusantes Legatos, & virgiprius cœsum Hilarium alioisque in exilium relegavit. Unde eti Concilium hoc legitimè fuerit inchoatum, in progressu tamen & exitu omnino illegitimum fuit.

Tertium, Ariminense, Episcoporum 600. sub Constantio anno 372. ita Bellarmine. Verum Baronius, Binarius, aliquie distinguunt duo Concilia Ariminensis, unum generale legitimum plus quam 400. Episcoporum, qui omnes fere Catholicī & Occidentales anno 359. sub Liberio Papa, qui per Legatum suum Vincenzio Episcopum Capuanum alioisque praesedit. Comprobata in illo est communis Patrum decreto Nicena fides, damnaticaque praesentes Ursatius, Valens, aliquie Ariani, quo peracto finitum Concilium, Patribus ab Imperatore missione pertinetibus.

Aliud vero Conciliabulum illegitimum & reprobatum post aliquot menses à dissolutione Concilii ibidem coactum, in quo fraude Arianorum praesertim Ursatii & Valentis ac minis Imperatoris paulatim omnes fere Episcopi Catholicī, sed diutissime resistentes Servato, subscriptere formula fidei, in qua nomen hominis omnium est, quamque Arianam esse deinde declarant Ariani. Unde illud Hieronymi, Ingenuit orbis terrarum, & se Arianum esse miratus est.

Quartum, Ephesinum secundum anno 449. Episcoporum 128. convocatum inscio Pont. Leone ab Imperatore Theodosio, qui Præsidem Concilii constituit Dioscorum Alexandrinum, facultatemque ei dedit convocandi quos velle Episcopos. Convocavit vero, qui Eutychites sententiae faverent, omnis qui maximè resisterent. Citarus Papa non comparuit, sed Legatos misit Julianum Renatum, atque Hilarium, qui tamen non sunt permisit præsidere. Omnia vi & minis ibi acta, Eutyches absolutus, ejusque heres confirmata; occisus Flavianus Constantinopolitanus Episcopus; fugati Legati Pontificii. Unde predatoria Synodus, & latrocinium merito vocatum fuit, & a Chalcedonensi Concilio, cui illius acta inserita sunt, prorsus reprobatum.

Quintum, Constantinopolitanum, fuit tempore Gregorii II. & Leonis Iaunici Iconomachi anno 730. contra sacras Imagines; ita Bellarmine: hujus tamen Concilii mentionem non facit Baronius, aut Binarius, nec viderit esse oecumenicum.

Sextum, Constantinopolitanum pseudoseptimum dictum, sub Constanti. Copronimo tempore Stephani II. anno 754. Fuit 338. Episcoporum Iconomachorum Orientalium, qui damnarunt cultum sacrarum imaginum. Reprobavit illud Stephanus, & deinde

Synodus Oecumenica Nicæna 2. que fuit omnino legitima.

Septimum, Pisanum contra Julium II. anno 1510. aut citius convocatum à Cardinalibus hereticis, & Schismaticis, & paulo post in Lateranensi V. Concilio reprobatum fuit.

Concilia generalia partim approbata, partim reprobata septem enumerantur.

Primum Sardicense Episcoporum 376. anno 351. Sed notat Baron. aliquie, duo fuisse Sardicensia Concilia, unum generale & legitimum circa annum 347. Aliud particolare 76. Ariorum, qui Concilium quod Philippopolim dilapsi ibidem celebrarunt, Sardicensi vocarunt, ab omnibus Catholicis deinde reiectum, & nunquam pro Legitimo habitum fuit.

Secundum, Sirmiensis anno 356. vel ut Baronius 357. addens potius fuisse conventiculum satanae convocatum à Constantio Imperatore, damnatus quidem in ea fuit Photius, & edita prima formula fidei, quam Hilarius Catholicam dixit, cui tandem nimis cedens subscriptit Papa Liberius. Concilium hoc potius Petavius potius anno 351.

Tertium, Concilium Quini-sextum Constantiopolitanum in Trullo celebratum anno 692. Petavio anno 707. Unde eius Canones Trullani dicti. Convocatum fuit inscio Roman. Pontifice Sergio, qui ideo ei ne quidem per Legatos praesedit, sed illud statim reprobavit, teste Beda apud Binnium. Canones itaque nulli ex 102. quos condidit illa Synodus ex illa auctoritate habent, admissis tamen à Catholicis aliquibus, quia per se sanæ erant doctrina.

Quartum, Francofordiensis 300. circiter Episcoporum ex Italia, Gallia, Germania, & Britannia, praesentibus Legatis Papaæ Adriani, qui illud convocari permiserat, a Carolo Magno Franc. Rege, qui deinde eidem interfuit. Verum Concilium hoc celebratum Anno 794. oecumenicum non est, cum nulli Orientales interfuerint, neque generale esse voluerit Pontifex, sed provinciale vel nationale fuisse dicunt Binnius, aliquie. Ea que de filiatione Christi naturali in eo definita reperiuntur, sine dubio ab Ecclesia sunt approbata. Dicitur autem à Bellarmino aliquis que, per Ecclesiam reprobata esse damnatio Synodi Nicæna secunda quam fecisse fertur hoc Concilium, sed putat Binnius Concilium hoc nil statuisse contra Nicenam, eo quod alia pars decretorum illius, ut pote particularis Concilii, approbata non fuisset.

Quintum, Pisanum Anno 1409. ad tollendum schismati, Gregorio XII. & Benedicto XIII. se pro Pontifice gerentibus, congregatum à Cardinalibus utriusque Obedientia praesentibus Episcopis 180. Abbatibus 900. à quibus omnibus sessione 15. depositus est uterque Antipapa. Sess. 17. data facultas Cardinalibus eligendi Papam, qui post sessionem 19. elegit Alexandrum V. Huic demortuo succedit deinde Joannes XXIII. Concilium hoc fuisse illegitimum volunt aliqui, legitimum putat cum aliis Spondanus, sanè inter Pontifices veros computatur Alexander V. qui in eo electus fuit.

Sextum, Constantiensis Anno 1414. ratione ejusdem schismatis, & contra Hus & Wicel, convocatum est rogitu Sigismundi Imperat. à Joanne quem XXIII. communiter dicunt, qui 1. sessioni interfuit una

R.P. Ardek. Tom. I.

G 2

cum

Alsde
kin

Theo.
logia

D 11/

De Conciliis generalibus illegitimis.

cum Imperatore, & sessione 2. habita 2. Martii 1415. promisit, yavit, juravit se celsorum Papatu, quando Petrus de Luna Benedictus XIII. dictus, & Angelus de Corario Gregorius XII. dictus simpliciter cederent. Interim noctu 21. diem Martii precedente predictus Joannes clam aufugit, quare sessio 3. habita est 26. Martii absente Joanne, fugam suam per litteras excusante. Quarta sessione declaravit Synodus quod ipsa potestatem a Christo habeat immediate, cui quilibet cuiuscumque status vel dignitatis etiam nisi Papalis existat, obedire teneatur in his quae pertinent ad fidem & extirpationem dicti schismatis, & reformatio nem dictæ Ecclesiæ in capite & in membris. Circa quam declarationem quoniam ab aliquibus perperam intelligi videtur.

Nota primò, ex Eugenio IV. in constitutione, *Moy ses &c.* illam non esse accipientam in sensum generalem, ita ut Concilium quandoque sit supra quemcumque Pontificem, sed ita ut illud Concilium esset supra Papam dubium, prout tunc erant illi tres de Pontificari contendentes. Nota secundò Concilium illud sess. 4. & 5. in qua declaratio allegata confirmata fuit, non fuisse Concilium generale, cum tantum intercesserit obedientia Joannis XXIII. Deinde declarationi illi nullus consensit Pontifex.

Sessione 8. ab iisdem damnatus Wicel. Sessione 12. tandem Patrum sententia Pontificatu depositus Joannes XXIII. qui sententiam auditam approbavit, & reipsa cessit Pontificatu, quæ facta cessione Pontificatu omnino excidit.

Sessione 14. postquam sponte Papatu cessisset Gregorius XII. absens, Cardinales ipsius obedientia in Concilium admissi cum reliquis. Sess. 15. damnatus praesens Joannes Hus, vivusque combustus.

Sessione 37. tandem definitiva sententia Pontificatu depositus Benedictus XIII. cedere nolens: & sess. 41. anno 1417. electus in Pontificem Martinus V. qui sess. 45. Concilium dimisit. Editâ autem constitutione quæ incipit, *Inter cunctas*, sacro approbatæ Concilio, solum approbat quod gestum erat contra errores Wicelli, aliorumque, non approbat autem quæ sess. 4. & 5. declarati restuli, imo in eadem constitutione statuit, inter alia interrogatoria de heresi suspectis proponenda, etiam hoc, utrum credit quod Papa canonice electus qui pro tempore refuerit, sit successor B. Petri, habens supremam potestatem in Ecclesia Dei. Certum autem eam non habere si non sit major Concilio. Quod ergo sess. 4. statutum erat de Concilio supra Pontificem, nullo modo de Pontifice indubitate intelligi voluit.

Septimum, Basileense à Martino V. indicatum, & sub Eugenio IV. legitime inchoatum anno 1431. sed in progressu varia inciderunt controversiae de auctoritate Papæ, &c.

Prima sessio habita est 14. Decemb. presidente Juliano Cardinali Pontificio legato. Interim Eugenius, 18. Decemb. edito Romæ decreto, Concilium si quod Basileæ congregatum videtur dissolvit. Patres autem Basileæ congregati de hoc Eugenii decreto publicas ad universos fideles litteras dedere, quibus declarant decretum si concilium Basileæ continuare, quod & fecerunt.

Sessione itaque secunda, quam celebrarunt 15. Kal. Martii anni sequentis, presidente etiam Juliano, confirmarunt in primis decreta sess. 4. Constantiensis, sta-

tueruntque Concilium esse supra Pontificem. Aliis deinde sessionibus Eugenium IV. citarunt, accusarunt, contumacem declararunt. Sess. 16. litteræ Eugenii recitantur, in quibus pacis studio declarat, Concilium illud à prima inchoatione legitimum fuisse, & irritas jussit esse priores litteras Concilii dissolutivas. Notandum autem Eugenii non approbare illis litteris omnia que usq; ad hanc sessionem à Concilio gesta sunt legitima esse, imo positivè reprobat ea omnia que contra ipsos Cardinales &c. decreta erant, ipsum Concilium tantum approbat, jussitque legitimum esse.

Sessione autem 18. nullo Praefidente Pontificio Legato, Concilium repetit iterum decretem Constantiensem. Non constat quibus deinde sessionibus legati predecenterint, constat ipso decreto Concilii se opponentes non fuisse auditos sess. 21. & 24. imo opus deinde fuisse Tarentino armis se tutari. Deinde à sessionis 31. tempore, id est anno 1438. Kalend. Febr. dilapsus Basileæ Julianus, qui olim Concilio faverat, alioquin omnes Cardinales, uno excepto Arelatenfi, quem deinde Praesidem Concilii crearunt. Hoc itaque Præside Concilium ita segregatum à Romano Pontifice, ut neque speciem Pontificie auctoritatis p̄ se ferret, convocatis Presbyteris, quibus loco Episcoporum, paucissimi enim aderant, suffragii jus datum, & in manu dñe Sanctorum reliqua sess. 33.

Sessione 34. Eugenium Pontificari deponunt. Sess. 39. in Anti-Papam eligunt Amadeum Ducem Sabaudie, qui dictus fuit Felix V. Quo deinde Pontificatu cedente Nicolaus V. Eugenii IV. successor dedit hoc novæ concordie, ut confirmaret acta quedam Basileensia ad beneficia Ecclesiastica, & censuras pertinentia. Præter hæc nihil omnino approbat, ut ex ejus Bulla satis appareat. Ceterum non tantum Eugenius, sed & deinde Leo X. in Concilio Lateranensi sess. n. decreta Basileensis damnarunt, ac proinde nullum possunt ab auctoritate hujus Concilii robur habere.

CONTROVERSIAE
GALLICANÆ RECENTIORES

De Pontificis Potestate.

Harum Controversiarum Propositiones singulas, progressum, ac fundamenta avido Lectori breviter exponimus, ne in materia tantum momenti hoc loco cœnotia destituatur: illas fideliter ex his Actis, cum aliis codem pertinientibus exhibemus.

Cleri Gallicani Declaratio.

Ecclesiæ Gallicane decreta & libertates à majoribus tanto studio propugnatas, earumque fundamenta sacris Canonibus & Patrum traditione mixta, multi diruere moluntur, nec defunt qui earum obtentu privatum Beati Petri ejusque successorum Romanorum Pontificum, à Christo institutum, iisque debitam ab omnibus Christianis obedientiam, Sedisque Apostolicæ, in qua fides predicatur, & unitas servatur Ecclesiæ, reverendam omnibus gentibus Majestatem imminuere non vereantur. Hæretici quoque, nihil prætermittunt quo eam potestatem qua pax Ecclesiæ continetur, invidiosam & gravem Regibus & populis ostentent, iisque fraudibus simplices animas ab Ecclesiæ matris, Christi adeò communione disficiunt. Quæ ut incommoda propulsimus: Nos Archiepiscopi & Episcopi Parisii mandato regio congrega-

Controversiae Gallicanæ de Pontificibus.

congregati, Ecclesiā Gallicanā representantes, una cum ceteris Ecclesiasticis viris nobiscum deputatis, diligenti tractatu habito hæc facienda & declaranda esse duximus.

I.

Primum Beato Petro ejusque successoribus Christi Vicariis, ipsique Ecclesiæ rerum spiritualium & ad æternam salutem pertinentium, non autem civilium ac temporalium à Deo traditam potestatem, dicente Domino: *Regnum meum non est de hoc mundo: & iterum: Redde ergo que sunt Caesaris Cesari, & quæ sunt Dei Deo.* Ac proinde stare Apostolicum illud; *Omnis anima potestatis sublimioribus subditæ sit, non est enim potestas nisi à Deo, que autem sunt à Deo ordinatae sunt: itaque qui potestari resipit, Dei ordinationi resipit.* Reges ergo & Princes in temporalibus nulli Ecclesiasticae potestati Dei ordinatione subiecti, neque auctoritate clavium Ecclesiæ directè vel indirectè deponi, aut illorum subditos eximi à fide atque obedientia, ac præstato fidelitatis sacramento solvi posse, eamque sententiam publicæ tranquillitati necessariam, nec minus Ecclesiæ quam Imperio utilem, ut verbo Dei, Patrum traditioni, & Sanctorum exemplis consonam omnino remittendam.

II.

Sic autem inesse Apostolice sedi ac Petri successoribus Christi vicariis rerum spiritualium plenam potestatem, ut simul valeant atque immota confiant sanctæ œcumenicæ Synodi Constantiensis, à sede Apostolica comprobata, ipsoque Romanorum Pontificum ac totius Ecclesiæ usu confirmata, atque ab Ecclesia Gallicana perpetuâ Religione custodita Decreta de Authoritate Conciliorum generalium, quæ Sessione quarta & quinta continentur; nec probari à Gallicana Ecclesia qui eorum decretorum, quæ dubiae sint authoritatis ac minus approbata, robur infingant, aut ad solum schismatis tempus Conciliū dicta detorseant.

III.

Hinc Apostolica Potestatis usum moderandum per Canones spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia conferatos: valere etiam regulas, mores, & instituta à Regno & Ecclesia Gallicana recepta; Patrumque terminos manere inconcusso; atque id pertinere ad amplitudinem Apostolica sedis, ut statuta & consuetudines tanta sedis & Ecclesiarum confessione firmatae propriam stabilitatem obtineant.

IV.

In fidei quoque questionibus præcipuas summi Pontificis esse partes, ejus decreta ad omnes & singulas Ecclesiæ pertinere, nec tamen irreformabile esse judicium, nisi Ecclesiæ consensus accesserit.

V.

Quæ accepta à Patribus ad omnes Ecclesiæ Gallicanas atque Episcopos Spiritu Sancto authore presidentes mittenda decrevimus; ut id ipsum dicamus omnes, simusque in eodem sensu & in eadem sententia.

Sequitur editum Regium, quo prohibetur pri-
mo, cunctis subditis & externis qui sunt intra Regnum, Secularibus ac Regularibus cajuscunque Ordinis, Congregationis & Societatis, docere in suis Do-

mibus, Collegiis & Seminariis, aut scribere aliquid contrarium doctrinæ contentæ in declaracione precedentia.

II.

Ordinatur ut qui deinceps erunt electi ad docendam Theologiam in quovis Collegio singularum Universitatum sive secularis illi fuerint, sive regularis, dictæ declarationi subscribant Greffarii facultatum Theologiae, antequam munus hoc in Collegiis, aut domibus Regularium & Secularium obire possint: Præterea ut submittant se ad eam profundam doctrinam quæ exposita ibidem est, utque Theologia facultatum Syndici, ordinarii locorum, & nostris Procuratoribus Generalibus dictarum submissionum exemplaria per Greffarios earundem facultatum signata nominibus tradant.

III.

Ut in collegiis omnibus ac domibus dictarum Universitatum, in quibus Professores plures fuerint, sive secularis sive Regulares, uni eorum annis singulis incumbat, doctrinam dictæ declaratione contentam tradere, in Collegiis autem in quibus unius tantum Professor fuerit tenebitur is, uno eam ex tribus consequentibus annis profiteri.

IV.

Syndicis Theologiae facultatum injungimus, ut annis singulis ante lectionum initium, Urbium in quibus eæ præleguntur, Archiepiscopis aut Episcopis, uti & Procuratoribus nostris Generalibus, eorum Professorum tradant nomina, quibus doctrinæ illius tradenda cura fuerit demandata; Professoribus vero ipsis ut iisdem Praelatis, dictisque Procuratoribus Generalibus ostendant scripta sua (cum scilicet petitum hoc fuerit) quæ scholasticis suis sunt tradituri.

V.

Nolumus ut quis deinceps Bachalaureus sive Secularis sive Regularis, tam Theologia quam Juris Canonici creetur Licentiatus, aut in Doctorem admittatur, nisi ante in una siuorum Thesum, quam in quibus in Universitatibus gradus illos conferendi jus est ostenderit, dictam doctrinam propugnari.

Circa illas controversias quæ concernunt Pontificis authoritatem supra Concilium generale, infallibilitatem definiendi, & declarandi in questionibus juris & facti &c. Videri poterunt quæ pridem, ante istam declarationem editam, deduximus supra de authoritate Pontificis & Conciliorum questione 1. 2. 3. &c. Recentius vero circa ipsam declarationem, inter alios D. Nicolaus du Bois in Academ. Lovan. Sacrat. Litter. Professor primarius, edidit Consultationes Theologico-Juridicas, in quibus ex Canon. & Hist. Ecclesiastica fuisus dedit. 1. Ab ipso exordio nascentis Ecclesiæ illam fuisse amplitudinem sanctæ Sedis, Gallicarum Ecclesiarum perpetuâ consuetudine & confessione firmatam, ut in materiis fidei & morum ad salutem necessiariorum Prelati consulent sanctam Sedem, & illius judicium expectarent. Quod demonstrare pergit per singula facula progreendi:

Et saeculo quidem secundo Eleutherius Pontifex in Epistola ad Galliæ provincias, de usu etiam primi saeculi testimonium ferens, ita scribit: *De accusationibus Clericorum, super quibus consulti sumus,*

Alsde
kin

Theo-
logia

D. 13/2
-8

, sumus, quia omnes eorum accusations difficile est , ad Sedem Apostolicam deferre , finita tamen Episcoporum judicia huc deferantur, ut hujus Sanctæ Sedis authoritate finiantur, sicut ab Apostolis eo , cumque successoribus multorum consensu Episcoporum jam definitum est. De hac Epistola agit Baronius ad annum Christi 181.

Sæculo *Tertio* Felicem Pontificem consuluit benignus Episcopus: & extat responsum quod incipit, *scriptientes &c.*

Sæculi *Quarti* initio Quæstiones motas ad Eusebium Pontificem Gallæ Episcopi retulerunt.

Sæculo *Quinto* Exuperius Episcopus Tolosanus de septem diversis articulis consuluit Innocentium primum, cuius & extat responsum *Dilectio tua &c.*

Sæculi *Sexti* initio Symmachus Pont. Cælareo Episcopo Arelatensi respondit, *Qui veneranda &c.* Sicut & Anitus Episcopus Viennensis de rebus fidem concernentibus consuluit Hormisdam Pont. cui respondebat in Epist. 10. *Quid de his.*

Circa seculi *Septimi* initium vixit Gregorius, primus qui uti ab aliis per orbem, ita à Gallis consultus fuit, cuius responsa Epistole in libris 12, extant plenariae.

Sæculo *Ottavo*, S. Bonifacius, qui Gallæ partes variis illustravit, Decreta sua retulit ad Zachariam Pont. & si illi justa viderentur confirmari postulavit. Habetur hoc in Codice Canonum B. Isaac Lingonensis Episcopi, *Ego Isaac &c.*

Sæculo *Nono*, in Concilio Aquitanensi, cui plurimi intereant Gallia prelati, mota est quæstio, de processione Spiritus Sancti, & alii gravibus causis. Judicavit Concilium quæstiones illas esse remittendas ad Leonem III. tunc Pontificem. Uti haec et Ado Viennensis in Chronico, *Synodus magna &c.* Reperiuntur etiam hoc seculo plurima Episcoporum, etiam Gallæ relationes ad Benedictum III. Nicolum I. Adrianum II. quæ in Conciliorum tomis exprimuntur.

Sed præterire non oportet, quo pacto eodem seculo se geserint Britannia Episcopi dum de materia simonia ab iis relatum esset ad Leonem IV. ut patet ex ipsius Epistola in qua sic pergit: „Legationem, denique communem omnium Episcoporum Reverendissimorum nobis propositam delinquentes requiritis de his qui turpissimo lucro columbas in templo Domini vendere non pertimescant, & sua acta improba temeritate Simonis heresi conjungunt, utrum possint in ordine pœnitentium agere, aut tantummodo extra Ordinem, & Sacerdotalem fieri gradum.

Sæculo *Decimo*, Heriveus Rhenensis Archiepiscopus Joannem IX. consuluit qualiter agendum esset cum Northmannis recenter ad fidem conversis, quorum ali baptizati fuerant & rebaptizati, post baptismum gentiliter vixerunt. Ad quem extat Pontificis responsum, *Quod de his &c.*

Sæculo *undecimo*, in Gallia & Hispania exorta fuerunt Quæstiones in materia simoniae, alisque: De his Victorem II. Pont. ad rem determinandam consuluerunt variis Episcopis, cuius resolutio constat ex Concilio Toletano in præfatione, *Anno incarnationis &c.*

Sæculo *duodecimo*, Pontifices erant Alexander III. Urbanus III. &c. Nec omiserunt illius temporis E-

piscopi in causis gravioribus sanctæ Sedis judicium requiri & expectare. Ut fecit Canomanensis, cui Alexander III. in cap. 1. de Clericis peregrinis, *Tua nos duxit &c.*

Sæculo decimo tertio, inter alios Pontifex erat Innocentius III. & Honorius III. ad quos etiam recursum habuerunt Gallæ Episcopi in causis gravioribus, uti docent juris Canones variis ex cap. II. de *estate & qualitate*, cap. 13. de *foco competenti &c.*

Sæculo decimo quarto, Prelati & Rectores Ecclesiæ etiam Gallæ recurrerunt ad Joannem XXII. pro obtainenda interpretatione constitutionum Bonifacii VIII. & Clementis V. quas dicebant a Religiosis mendicantibus infringi, qui id negabant. Unde emanavit ejusdem constitutio que incipit, *Frequenter &c.*

In hujus seculi decursu extortum est schisma illud gravissimum, pluribus de Pontificatu diurno tempore contendibus, quod demum seculo decimo quinto in Constantiensi Concilio finem habuit, Martinus V. tunc in Pontificem electo. Quomodo autem seculo decimo sexto errores Lutheri & Calvinii ad Leonem X. ut deciderentur undique delati fuerint, omnibus eruditis notum est, & patet ex ejus Bulla de his edita quam adducimus supra Tract. 3. Art. 5.

Hoc autem seculo decimo-septimo in quo verfamur, patet in hoc puncto, uti ceterorum, ita vel maxime Prelatorum Gallæ sensus circa propositiones Jansenii, quas communè consenserunt tam ad Innocentium X. quam ad Alexandrum VII. irrefragabili autoritate definiendas retulerunt.

Horum 85. Prelatorum Litteras in ea causa ad Pontificem juvat hic subjecere ad perpetuam Ecclesiæ Gallicanæ, suorumque Prelatorum gloriam, adjuncto etiam, ordine alphabetico, singulorum nomine, dignitate, & dicæci, unde & Lector illius Ecclesiæ ac regni multiplicem in particulari notitiam brevi compendio haurire poterit.

LITERÆ GALLO-RVM EPISCOPORVM

Ad Pontificem Maximum

INNOCENTIUM X.

B EATISSIME PATER.

Majores causas ad Sedem Apostolicam referre solemnis Ecclesiæ mos est, quem fides Petri nunquam deficiens perpetuò retineri pro jure suo postulat. Aequissimè huic legi obsequentes, de gravissimo circa religionem negotio Sanctitati tua scribendum esse censimus. Decennium est ex quo vehementissimis turbis Gallia magno nostro mero commovetur ad librum posthumum & doctrinam Reverendi Cornelii Jansenii Irenensis Episcopi. Tales quidem motus sedari oportebat cum Concilii Tridentini Authoritate, tum Bullæ illius, quâ Urbanus VIII. Felicis memorie aduersus Jansenii dogmata pronuntiavit, & decreta Pii V. ac Gregorii XIII. in Bajum edita confirmavit. Atque hujus quidem Bulle veritatem ac robur novo quidem diplomate vindicasti. Sed quia nulli sigillatim propositioni certa censure nota inusta fuit, locus etiamnum aliquis quorum,

quorundam cavillis & effugio relictus est. Intercludendum autem penitus speramus si, ut precamur, Sanctitas tua quid hac in re sentiendum sit clarè difinētique definiat. Obtestamur ergo ut has præferim propositiones, de quibus disceptatio periculosa ex contentio ardenter est Sanctitas tua expendat ac perspicuum & certam de unaquaque sententiam ferat. *Tum subiungunt illas quinque propositiones tum maximum controversias, & postmodum ab Innocentio X. damnatas, quæcum suis censuris hic supra relatas reperiuntur. Quibus subiungunt sequentia.*

Experita est nuper Beatus tua quantum Apostolice Sedis in gemini Ecclesiae capituli errore profligando valuerit authoritas: continuò sedata est tempestas, atque ad Christi vocem & imperium venti & mare obedierunt: Quamobrem flagitamus, Beatus Pater, ut clara, firmaque de propositionum istarum sensu prolatâ sententiâ, cui Reverend. ipse Jansenius morti proximus opus suum subjecit, caliginem omnem discutias; animos fluctuantes componas, dissidias prohibeas, Ecclesie tranquillitatem splendorenumque restituas. Dun hæc spes mentibus nostris affulget, Sanctitati tue multos & prosperos annos, seculoque beatissimam æternitatem Rex saeculorum immortalis adjicat, optamus ac venimus. *Subscripterunt, ut supra annotavi octoginta quinque Episcopi, quorum nomina & munia Alphabetti tantum ordine hic recensentur.*

Ademarus de Montheil de Grignan, Archiepiscopus Arelatensis. Alanus de Solmiac, Episcopus Cadurcensis. Annas de Levi de Ventadour, Archiepiscopus Buricensis. Anthinius Dionysius Cohon, Episcopus Dolensis. Benedictus Theophilus Archiepiscopus Tarentensis. Claudio d'Anghires Episcopus Adurenus. Carolus Augustus Episcopus Genevensis. Claudius de Rebe Archiepiscopus Narbonensis. Carolus de Roimadec, Episcopus Venetensis. Claudio Aubri Episcopus Constantiensis. Claudio de la Magdelene de Ragni, Episcopus Eduensis. Claudio Mallier Episcopus Tarbiensis. Clemens Bonifacius Episcopus Bisterensis. Dionysius Sanguin. Episcopus Siwanensis. Dominicus Segnies Episcopus Meldensis. Eduardus Melé Episcopus Rajocensis. Eustachius de Cherru Episcopus Nivernensis. Ferdinandus de Neufville Villeroy Episcopus Maclovienensis. Franciscus à Lotharingio Episcopus Verdunensis. F. Franciscus Frauce Episcopus Glandavensis & nominatus Ambianensis. Franciscus de la Fayette Episcopus Lemovicensis. Franciscus Fonquet Episcopus & Comes Agathensis. Franciscus de Harlay, Episcopus Rotomagensis. Franciscus de Harlay *nunc post mortem Patris*, Archiep. Rotomagensis. Franciscus Pericad Episcopus Eugolismensis. Franciscus de Perrochel, Episcopus Boloniensis. F. Franciscus Suarez Episcopus Memphis. Franciscus de Vildecoup, Episcopus Madarenensis. Coadjutor Cornubiensis. Gasparinus Daillon Episcopus Albrensis. Harduinus de Beaumont Episcopus Ruthenensis. Henricus Barbanus Episcopus Metensis. Henricus de Barrada Episcopus & Comes Neviomensis. Henricus de Bethune Archiepiscopus Burdigalensis. Henricus de Laval nominatus Episcopus Leonensis. Henricus de Maupas Episcopus & Comes Aniensis. Henricus à Sabaudia nominatus Archiep. & Dux Remensis. Jacobus Episcopus Aquensis. Jacobus Episcop. Sancti Flori. J. V. De Tulles Episcopus Vaurens. Jacobus de Grignau Episcopus Tricastinensis. Jacobus Lescot Episcopus Carnorenensis. Jacobus de Marlij Episcopus Tol-

nensis. Jacobus de Neuschæz Episcopus Cabillonensis. Joannes Antonius Delingendes nunc Episcopus Matricensis. F. Joannes Episcopus Autenensis suffraganus Claramontensis. Joannes de Gordon de Genouillac de Vailiac Episcopus Turellensis. I. I. De Flernes Episcopus Sancti Ponti. Joannes De l'Estrade Episcopus Condomensis. Joannes de Pafelaigue Episcopus Bellicensis. Joannes de Plantavit de la Paule Antiquus Episcopus Lodoverensis. I. I. Acacius Habert, Episcopus & Comes Vabrensis. Leonorius d'Estampes de Valencay, Archiepiscopus & Dux Remensis. Leonofius de Matignon Episcopus Lenovensis. Ludovicus Diner Episcopus Matisconensis. Ludovicus d'Estat Episcopus Claramontanus. Ludovicus Domus d'Artichy Episcopus Rejenensis, nunc Eduensis. Ludovicus de Suze Episcopus Vivariensis. Ludovicus Episcopus Mirapicensis. N. Le Clerc, Episcopus Glandavensis. Nicolaus Boyleve Episcopus Abrimensis. Nicolaus Grillet Episcopus & Comes Vercicensis. Nicolaus de Sanguin. Episcopus Siwanensis. Nicolaus Levin, Episc. Sarlensis. Paulus Episcopus Manrianensis. Petrus de Broc Episcopus Antissiodorensis. Petrus Fenoillet Episcopus Montfeliensis. Petrus Marca Episcopus Conforanorum. Petrus Scarron Episcopus & Princeps Gratianopolitanus. Philibertus Brandon, Episcopus Perrocienensis. Philibertus de Brichanteau de Nangis Episcopus & Dux Landunensis. Renatus de Louet Episcopus Cambiensis. Robertus Cuppi, Episcopus Dolensis. Rogerius d'Aumont Episcopus Abrimensis. Samuel Martineau Episcopus Vasatenensis. Simon le Gras Episcopus Sueffionensis.

Præter hæc, quæ tantum ad Controversiarum elucidationem aliunde adduximus, videri possunt plura in Consultatione Theologico-Juridica D. Nicolai du Bois supra memorati, ubi plurimi anteriorum temporum testimoniis & exemplis deducit iura competencia, & authoritatem Sedis Apostolicae tam in temporalibus, quam in Spiritualibus, ac plura alia studio Lectori idonea, si de his controversiis prolixiorem tractatum desiderer.

Ad notitiam in hoc genere magis generalem & maximè pro Heterodoxis instituendis, peculiari studio adiicimus sequentia.

PRÆROGATIVÆ SPECIALES PONTIFICI ROMANO

A Sanctis Patribus, ac Conciliis omni ævo attributa, & hic in ordinem Alphabeticum redacta.

Primus & sanc*t*e singularis hujus Annotationis usus est, per illam demonstrare omnis ævi, in toto mundo, confitum communem pro autoritate perpetua Pontificis Romani in singulis suis Titulis ac Prærogativis, & consequenter infallibilem veritatem Ecclesiæ huius Capiti annexa. Atque eadem operâ penitus convellere infames Titulos, hic in fine memorando, quibus moderni Secularii Pontificis Romani, & Ecclesiæ illi subjectæ Authoritatem apud ignarum populum opprime nituntur: in quo & seipso segregate à vera Ecclesia, & illius Capite toti mundo semper agnito, hinc manifestè convincuntur.

Secundus usus est, in his, & aliis dogmatibus à Pontifice Romano definitis ipsos Catholicos constabilire, si qui forte in istis minus essent roborati.

Tertiis est, in Quæstionibus particularibus huc spectantibus, in promptu habere facilem recursum ad ipsos Patres, & Concilia in particulari, quæ in hoc distincto ordine commodissimè reperiuntur.

A. Pon-

Alsde
kin

Theo-
logia

D 11/2

A.

Pontifex Romanus *Abraham Patriarchatus*, Aaron Dignitate. S. Bernardus lib.2. de Confid. cap. 8.
Abel primatu. Idem ibid. cap. 2.
Antistes venerabilis Apostolica Sedis. S. Augustinus Epist. 157.
Antistes Pontificalissimus Apostolicae summatis. Sexta Synodus Actione 18. In prophonetico ad Imperatorem.
Apex Pontificatus. Justinianus Novella 131.
Apex divinus. Basili. & Conc. Ephes. Actio 11. Concilii Chalcedon. initio.
Apex sublimissimus Apostolatus. Laetantius Epistola ad Nicol. i. Pont.
Apostolatus Principatus cuilibet Episcopatu preferendus. S. August. lib.1. de Bapt. contra donat. Cap. 1.
Apostolicus universalis Ecclesia, & *Episcopus omnium Ecclesiarum*. Synod. Calcedon. Actio 6.
Arbiter Ligandorum, Solvendarumque. S. Leo Sermon. 2. de sua assumptione.

B.

Basis fidei. Chrysostom. homil. 2. in Psal. 50.
Basis Immobilis. Chrysostom. homil. de Petro & Elia.

C.

Cacumen ac vertex humani generis. Petri Damiani Opuscul. 23. Cap. 1.
Caput & Princeps omnium Patriarcharum. Concilium Nicenum cap. 39. apud Pisanum lib. 3.
Caput Sacerdotii omnium Christianorum. Petrus Damiani. In Odilone.
Caput Ecclesie adamantis naturam firmitate superans. Chrysostom. homil. 55. in Matth.
Caput fidei. Sanctus Gregorius II. registri Epistola 42.
Cardo summus totius mundi. Petrus Damiani Opuscul. 30. cap. 1.
Claviger cali. Cyrillus Hierosolym. Catech. 6. & 17.
Anastasius Biblioth. in præfatione ad vitam S. Joannis Eleemos. Nicolaus I. ad consulta Bulgar. cap. 5.
Columna Ecclesie, fundamentum fidei. Chrysostom. homil. 3. in Acta Apost.
Columna incorrupta Ecclesiarum fidei Basis. Chrysostom. Hom. 2. in Psal. 50.

Confiliarius necessarius Christianorum. Chrysostom. in encomio SS. Petri & Pauli.
Curator Vicarius Oviu Christi. S. Fulgentius serm. 57.
Custos vinea a Salvatore ipso deputatus. Concilium Chalcidense Epistola ad Sanctum Leonem.
Custos fidei. Petrus Chrysolog. serm. 107. Concilium Ephes. Tomo 2. cap. 15.

D.

Discipulus crucis, & successor piscatoris. S. Hieronymus Epistola 57.
Dōctor supremus orbis terrarum. S. Damascenus in hist. Barlaam cap. II. juxta Græcum Codicem ab Hieronymo Donato exhibitum in Apologetico de Romanæ Sedis principatu.
Dominus & Pater totius Ecclesie in terra peregrinantis. S. Anselmus lib. de incarnatione verbi c. 7.
Dominus Sanctus & Apostolici culminus; venerandus. S. Roma & Apostolica Sedis atque universalis Ecclesia Papa, S. Athanasius & Episcopi Aegypti ad Marcum Papam.
Dominus omnium gentium. Concilium Nicenum I. Canone 44. è versis ex Arabico.
Dux discipolorum Christi. S. Epiphanius haeresi 151.
Dux universalis Ecclesie. Damascenus Orator. de transfiguratione.

E.

Episcopus orbis. Petrus Blefensis Epistola 145. S. Bernard. Epist. 239.

Episcopus Patriarcharum. Cassiodorus Epistola 15. 1. 9.

Episcopus Universalis. In trib⁹ epistolis quæ habentur in Concil. Chalcedon. Actio 3. S. Leo sic denominatur.

Episcopus solus universalis omnium Ecclesiarum. Petrus Damiani Opuscul. 23. cap. 1.

F.

Faustum sublimate Sacerdotij. S. Cyprianus Epistola 52.

Firmamentum omnium. S. August. serm. 6. de Sanctis.

Firmamentum à Deo fixum & immobile. Athanasius & Episcopi Aegypti ad Felicem.

Forma & fundamentum Ecclesiarum à quo omnes Ecclesias principium sumptissime nemo recte credentum ignorat. Vigilius Papa epistola ad Euther.

Fundamentum eternum fidelium. Sanctus Chrysostomus homil. in 12. Apostolos.

Fundamentum Ecclesie. S. Dionysius ad Timoth.

S. Clem. epist. 1. ad Jacob. S. Hilary. in Psalm. 131.

Fundamentum supra quod adfici Ecclesiastici altitudo conseruit. S. Augustinus sermon. 15. de sanctis.

G. H.

Gubernator Throni Apostolici. Concil. Chalcedon. Actio 1.

Heres Apostolorum. S. Bernardus de confid. cap. 8.

Heres Sancti Petri. Petrus Blefensis Epistola 145. S. Leo serm. de annivers. sua assumptionis.

Homo hominum precipius. Petrus Damiani Opuscul. 23. cap. 1.

I.

Ianitor celorum. Petrus Chrysologus sermon. 127.

Urbicus apud Sanctum Augustinum Epistola 86.

Ianitor oviu Christi. S. Ambrosius cum Synodo Mediolanensi ad Syricum.

Interpres vocis B. Petri omnibus constitutus. Concilium Chalcidense Epistola ad Sanctum Leonem.

Index cali in terreno iudicio. Sanctus Hilarius in Psal. 131.

Index omnes judicans ipse à nemine iudicandus. Synodus Romana sub Nicolao I. contra Photium colloq. 1.

L.

Lingua celorum. Petrus Damiani serm. 26.

Lumen supremum, & Princeps Sacerdotum primus.

Theodosius Studita lib. 2. Epistola 12. & 13. ad Pascalem. M.

Magister orbis terrarum. Chrysostomus homil. de Petro, & Elia.

Mater & caput omnium Ecclesiarum Romana. S. Athanasius cum Conc. Epistola ad Marcum Papam.

Mater & Magistra universorum Christi fidelium Romana Ecclesia. Concil. Lateran. sub Innocent. III. cap. 5.

Moderator & Rex universa Ecclesia. Damasc. Orat. de transfig.

Murus inexpugnabilis contra hereses. Rupertus lib. 2. offic. Cap. 22.

O.

Origo Christiana religionis, & Sacerdotalis mater dignitatis. Apostolica Sedes. Episcopi German. ad Joan. VIII.

Os Apostolorum, & Princeps, ac vertex catus. Chrysostomus homilia 87. in Joan.

P.

Papa Cathedra Apostolice. Octava Syn. Actio 10. c. II.

Papa universalis, ser beatissimus. Tertia Syn. Actio 17.

Pafor unus ovium, & Paforum omnium. S. Bernard.

2. de Consideratione cap. 8.

Pater Christiana plebis. Sanctus Augustinus Ep. 162.

Pater orbis. Petrus Damiani Opuscul. 23. cap. 1.

Patriar-

Patriarcha universalis. Conc. Calced. Actio 3. in acclamationibus ad S. Leonem.

Petræ fidei. Damascenus in Histor. Barlaam.

Petrus pontifex. S. Bernardus 2. de consideratione cap. 8.

Petræ Ecclesiæ. S. Augustinus serm. 26. de Sanctis, olim apud Ambros. serm. 47.

Petræ è qua fons salutis confessoris emergit. S. Aus Maximus homilia 1. in Nat. SS. Petri & Pauli.

Pontifex Summus magna Sedis Apostolice. Synodus 2. Constantinopol. Actio 4.

Pontus Fidei. Chrysostomus homil. de Petro & Elia.

Pontus tuiissimus Catholica Communio. Sanctus Hieronymus Epistola 16.

Praeo supremus Ecclesia. Cyrill. Hierosol. Catech. II.

Praefectus toti orbi terrarum, claviger eorum, cuius arbitrio & potestate sancta Deus permisit. Chrysostomus hom. de Sancto Ignatio.

Presidentis Ecclesie totius orbis terrarum. S. August. lib. I. contra Julian. cap. 2.

Praeses Ecclesie divina Providentia praordinans. Damascenus orat. de transfigur.

Presul Apostolicus in summatis arce constitutus, cui Deus omnium Ecclesiæ curam habere precepit. S. Athanasius cum collegis Epistola ad Felicem Papam.

Primas omnium Episcoporum. S. Leo serm. 2. de sua assumpt.

Primas Diacones. Concilium Chalcedon. 9.

Primas omnium, & Praefectus orbis. Theophilactus in cap. 22. Luce.

Princeps communis Christianorum omnium. Michael Palaeologus Imperator Graecorum ad Gregorium X.

R. S.

Radix & matrix Catholice Ecclesia. S. Cyprianus Epist. 45.

Rectior omnium Gentium. Concil. I. Nicenum can. 44.

Rex Regum & unicus Christianorum Princeps. Ladislaus Rex Hungariae orat. ad Nicolaum V. apud Cochlearum lib. II. hist. Hussitarum.

Robur & Petra Ecclesia. Theophilactus in Luc. 22.

Sacerdos summus. S. Hieronymus in prefatione Evangel. ad Damasum.

Sacerdos unus. S. Cyprianus Epist. 55.

Saxum immobile, totius Christiani operis compagem molemque continens. S. Augustinus serm. 16. de Sanctis.

Sedes in qua semper extra maculum servata est Catholicæ Religio. Justinianus ad Agapetum Papam.

Sedes unde Religionis nostra fons & origo manavit. Episcopi Gallicani ad S. Leonem.

Servator aureæ fidei catenæ, precepto Legislatoris ad nos usque deductæ, omnibus B. Petri vocis constitutus interpres. Synodus Chalced. Epistola ad Pontificem Rom.

Servus servorum Dei. S. Gregorius titulum hunc modestissimum usurpavit, & cæteri post illum Pontifices.

T.

Tenens principatum Sedis in Ecclesia per cunctum orbem patente. Sexta Synodus Epist. ad Agathonem.

Thronus supremus verticalis in quo Christus fidei clavis posuit, adversus quem non prevalebunt usque ad confirmationem portæ inferi, ora scilicet hereticorum. Theodorus studiæ Epistola ad Naveriatum.

V.

Vertex Apostolicus Presulum, cuius cuncta solicitude R. P. Ardekk. Torn. I.

est tam mala dammare, quam revelare laudanda. Episcopi Africani Epistola ad Damasum.

Vertex membrorum omnium Ecclesiæ. S. Augustinus serm. de tempore.

Vicarius amoris Christi ab eo in calum elevato relitus. S. Ambrosius in Luc. ult.

Vice Christi fungens, & summo Pastorum in Apostoli dignitate succedens. Petri Damiani Opul. 17. cap. 4. Et S. Gregorius 1. 2. Epist. 33. Propriè igitur dicitur Pontifex Vicarius Christi, sed non proprie successor Christi, sed Petri in Ecclesiæ Sacerdotio, quia Christus Sacerdote habet sempiternum.

CONCLUSIO

EX PRÆDICTIS.

Audis, O secrarie, vocem & assensum unanimem Patrum, Conciliorum, Sanctorum, Doctorum Ecclesiæ universæ Orientis & Occidentis, in toto orbe, & in omni ævo, à quibus Christiani omnes se intemeratam Christi fidem, & doctrinam accepisse gloriantur. Hi omnes uno ore Pontificem Romanum, ut Christi Vicarium, Ecclesiæ caput, interpretem fidei, cum reliquis prærogativis semper agnoverunt, coluerunt, prædicauint. Tu ab horum vestigiis, ab orbis universi, ab omniæ ævi fidei, confessu, ac testimonio ab uno novo Luthero, aut Calvinio Apostatis miserè abduci & excaecari pateris. Neque contra illos universos exhortescis credere Pontificem Romanum esse Antichristum, Sedem illius Apostolicam esse Cathedram pestilentia. Ecclesiæ quam ille regit esse Ecclesiæ malignantium, Concilium vanitatis, Sedem iniquitatis, Synagogam Satane, ut alia omittam effata rabida, & totius orbis verè Christiani sensu è diametro contraria, ut tuis ipse oculis supra aspexisti. Quid hoc aliud est, quam ultra infanire, & cæco impetu in interitum ruerre voluntarium?

Collige igitur animum, vias tuas tam obliquas seriò tandem considera, ac detestare. Et si forte probra tam iniqua, & impia in Christi Vicarium, quæ etiam in Christum ipsum redundant, te haçtenus veræ fidei lumine indignum reddiderunt, tandem per humilem orationem, ut perfectè illustreris, ad Dei gratiam ac misericordiam recurre, juxta brevem formulam hic subjectam, & sincero corde sepius iterandam.

ORATIO.

Deus meus, & salus mea æterna! in medio positus quo me securè veriterem habetens neferi. Video nunc de Christi in Terris Vicario, & consequenter de Ecclesiæ illi adhaerente, consensum unanimem illorum quos ab initio, & omnè deinceps ævo Fidelibus tuis vere Fidei Duces, ac Precones concessisti. Ex toto igitur corde pro gloria tua, & salute eterna anime mee supplex imploro, ut condonatis delictis meis, mihi vere Fidei lumen, animique robur firmum concedas, ut Ecclesia sic rectè constituta veritatem plenè agnoscam, & agnoscere veritatem tuam in perpetuum constanter adhæream. Hoc, inquam, suppliciter efflagito per Iesu Christi merita, passionem, ac sanguinem, quæ omnibus sincerè se requirentibus fidei Author, & fidelis Remunerator in secula seculorum Amen.

H. TRA-

Alsde
kin

Theo-
logia